

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Angelus h
cum fonte primo

In hoc est natura angelica
a nature nostre condicione distincta
quod nos et loco circumscribimur
et cecitatis ignorancia coartamur.
Angelorum uero spiritus loco quidem
circumscribuntur sed tamen eorum sciencie
longe super nos incomparabiliter dilatantur.
Interius et exterius sciendo distincti sunt
quoniam ipsum fontem sciencie contemplantur.
Quid enim de hiis que scienda sunt nesciunt
qui scientem omnia sciunt?

Gregorius II. libro moralium.

In hoc itaque est nunc natura angelica
a naturae nostrae condicione distincta
quod nos et loco circumscribimur
et caecitatis ignorantia coartamur;
angelorum uero spiritus loco quidem
circumscripsi sunt sed tamen eorum scientiae
longe super nos incomparabiliter dilatantur.
Interius quippe exteriusque sciendo distenti sunt
quia ipsum fontem scientiae contemplantur.
Quid enim de his quae scienda sunt nesciunt
qui scientem omnia sciunt?

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 2.3 (CCSL
143, M. Adriaen ed., p.61, ll.24-32).